

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Diurnale chori Sive Horae diurnae Breviarii Romani**

**[S.I.], 1745**

[Post Paschae]

[urn:nbn:de:bsz:31-139978](#)

## FERIA SECUNDA.

*In feriali Officio, Prima dicitur sicut in Festis Simplicibus toto tempore Paschali.*

*Psalmi Horarum dicuntur cum quatuor. Alleluia.*

*Capitulum. Regi sæculorum. 16. Preces de Dominica, ut in Psalterio. 19.*

*Ad Tertiam, & alias Horas, Antiphona, Capitula, & Bz. Bz. brevia ut in Psalterio. de tempore Paschali.*

*Dicitur Oratio Dominicæ præterita. Præsta quæsumus. 372.*

## AD VESPERAS.

*Antiph. Alleluia. Psalm. Dilexi. cum reliquis de Psalterio. 69. sub una Antiph. Alleluia.*

*Capitulum. Rom. 6. b.*


**C**hristus resurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultrà non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo. Bz. Deo gratias.

*Hymnus. Ad regias. ¶ Mane nobiscum. 370.*

*Ad Magnificat. Antiph.*

Ax vobis, e go sum, al le lu ia.  
Noli te ti me re, al le lu ia.

Ora-



6.

Oratio. Præsta, quæsumus. 372.

Postea fit commemorationis de Cruce. 119. quæ commemorationis quotidie fit in vespere usque Ascensionem tam in Officio de Tempore, quam de Sanctis, nisi sit duplex, aut infra octavas. Aliae commemorationes de S. Maria, de Apostolis, & de Pace non dicuntur tempore Paschali.

Capitula & r. brevia suprà scripta dicuntur in feriali Officio usque ad Ascensionem.

## FERIA TERTIA.

8 Ad Magnificat. Antiphona.

M It te manum tu am, & cog-

nosce lo ca clavorum, al le lu ia: &

nol i ef se in cre du lus, sed fi de-

lis, al le lu ia.

8.

FE-

380 INF. HEBD. I. POST OCT. PASCH.

FERIA QUARTA.

Ad Magnificat. *Antiphon.*

FERIA QUINTA.

Ad Magnificat. *Antiphona.*



8.

### FERIA SEXTA.

*Ad Vesperas, nisi occurrat Festum IX. Lectio-  
num, à capit. fit de S. Maria.*

### SABBATO

#### AD VESPERAS.

*Antiphona, Allelúia. Psalmus. Benedictus. cum  
reliquis. 106.*

Capitulum. 1. Pet. 2. d.

**C**harissimi, Christus passus est pro nobis, vobis  
relinquens exémplum, ut sequámini vestígia  
ejus: qui peccátum non fecit, nec invéntus est do-  
lus in ore ejus. **R.** Deo gratias.

*Hymnus. Ad regias Agni. **V.** Mane nobiscum Do-  
mine. 370.*

Ad Magnificat. *Antiphon.*



e go sum vi a , veritas & vi-  
ta: e go sum pastor bo nus, & cog-  
nos co o ves me as, & cognoscunt me  
me æ, al le lu ia, al le lu ia.

8.

## Oratio.

**D**eus, qui in Filii tui humilitate jacentem mun-  
dum erexisti: fidelibus tuis perpetuam concè-  
de laetitiam; ut quos perpetuae mortis eripuisti casibus,  
gaudiis facias perfaci sempiternis. Per eundem  
Dominum.

*Deinde fit Commemor. de Cruce. ut supra. ante  
Completorium. 119.*

DOMI-

## DOMINICA. II.

Post Pascha.

## AD TERTIAM.

*Capitulum.* Charissimi, Christus. 381.

Rx. br. Surrexit Dominus. 374.

## AD SEXTAM.

*Capitulum.* 1. Pet. 2. d.

**T**radebat autem judicanti se injuste: qui peccata nostra ipse pertulit in Corpore suo super lignum: ut peccatis mortui justitiae vivamus: cuius labore sanati sumus. Rx. Deo gratias.

Rx. br. Surrexit Dominus verè. 375.

## AD NONAM.

*Capitulum.* 1. Pet. 2. d.

**E**ratis enim sicut oves errantes, sed conversti estis nunc ad pastorem, & Episcopum animarum vestiarum. Rx. Deo gratias.

Rx. br. Gavisi sunt. 376.

## AD VESPERAS.

*Antiphona.* Alleluia. *Psalms.* Dixit Dominus: cum reliquis de Dominica. 60.

*Capitulum.* Charissimi, Christus. 381.*Hymnus.* Ad regias Agni dapes.

Rx. Mane nobiscum Domine. 370.

Ad Magnificat. *Antiphona.*

**E**go sum pastor bonus, qui pasco oves

384 INF. HEBD. II. POST OCT. PASCH.



3.

Oratio. Deus, qui in Filii. 382.

FERIA SECUNDA.

Ad Magnificat. Antiph.



FE-

INF. HEBD. II. POST OCT. PASCH. 385

## FERIA TERTIA.

Ad Magnificat. *Antiph.***M**

Er ce na ri us au tem, cujus non

sunt o ves pro priæ, vi det lu pum ve-

ni en tem, &amp; di mit tit o ves, &amp;

fu git, &amp; lu pus ra pit, &amp; disper-

git o ves, al le lu ia.

3.

## FERIA QUARTA

Ad Magnificat. *Antiphona.***S**

I cut no vit me Pa ter, &amp; e-

B b

go

386 INF. HEBD. II. POST OCT. PASCH.

go cognosco Pa trem, & a nimam

me am pono pro o vi bus me is,

al le lu ia.

5.

FERIA QUINTA.

AD Magnificat. *Antiph.*

A Li as o ves ha be o, quæ

non sunt ex hoc o vi li: & il las

o portet me ad du ce re, & vocem me-

am au di ent: & fi et u num o vi-

lc,



8.

## FERIA SEXTA.

*Ad Vesperas, nisi occurrat Festum IX. Lectionum,  
à Capitulo fit de S. Maria.*

## SABBATO.

## AD VESPERAS.

Capitulum. 1. Petr. 2.c.

Charissimi, óbsecro vos tamquam ádvenas & peregrinos abstinére vos à carnálibus desidériis, quæ militant advérsus ánimam. R. Deo gratias.

Hymnus. Ad regias Agni. ¶ Mane nobíscum. 370.

Ad Magnificat. Antiphona.

M O di cum & non videbi tis  
me, di cit Dominus: i terūm mo-  
B b 2 di-



6.

## Oratio.

**D**eus, qui errantibus, ut in viam possint redire iustitiae, veritatis tuæ lumen ostendis: da cunctis, qui Christiana professione censentur, & illa respuerere, quæ huic inimica sunt nominis; & ea, quæ sunt apta, sectari. Per Dominum.

## DOMINICA III.

Post Pascha.

## AD TERTIAM.

*Capitulum.* Charissimi, obsecro. 387.*R. br.* Surrexit Dominus de sepulchro. 374.

## AD SEXTAM.

*Capitulum.* 1. Petr. 2. c.

**S**ubjécti igitur estote omni humánæ Creaturæ propter Deum: sive Regi, quasi præcellénti, sive ducibus, tamquam ab eo missis ad vindictam malefactòrum, laudem verò bonorum. *R. Deo gratias.*  
*R. br.* Surrexit Dominus verè. 375.

AD

DOMINICA III. POST PASCHA. 389  
AD NONAM.

Capitulum. 1. Petr. 2. c.

Servi sūbditi estōte in omni timōre Dóminis, non tantū bonis & modēstis, sed etiam dyscolis.  
Hæc est enim grātia in Christo JEsu Dómino nostro.  
¶. Deo gratias.

¶. br. Gavisi sunt. 376.

AD VESPERAS.

Antiphona. Allelúia. Psalm. Dixit Dominus.  
cum reliquis de Dominica. 60.

Capitulum. Charissimi, obsecro vos. 387.

Hymnus. Ad regias Agni dapes.


¶. Mane nobiscum Domine. 370.

Ad Magnificat. Antiph.

Men di co vo bis, quia plora-  
bi tis & fle bi tis vos: mundus autem  
gau de bit, vos verò contrista bi mi-  
ni: sed tristi ti a vestra verte tur

B b 3

390 INF. HEBD. III. POST OCT. PASCH.



8.

*Oratio. Deus, qui errantibus. 388.*

FERIA SECUNDA.

Ad Magnificat. Antiph.



8.

*Oratio Dominice precedentis. 388.*

FE-

INF. HEBD. III. POST OCT. PASCH. 391  
**FERIA TERTIA.**

*Ad Magnificat. Antiphona.*

T Risi ti ti a im ple vit cor vestrum:  
 & gau di um vestrum ne mo tol let à  
 vo bis, al le lu ia, al le lu ia.

8.

**FERIA QUARTA.**

*Ad Magnificat. Antiph.*

T Risti ti a vestra, al le lu ia,  
 verte tur in gaudi um, al le lu ia.

6.

B b 4

FE-

392 INF. HEBD. III. POST OCT. PASCH.

FERIA QUINTA.

Ad Magnificat. *Antiphon.*

Amen, amen dico vobis:  
interiorum vestrum, & gaudet cor vestrum  
& gaudium vestrum  
nemo tollerat a vobis, alleluia.

I.

FERIA SEXTA.

*Ad Vesperas, nisi occurrat Festum IX. Lectionum,  
à Capitulo fit de S. Maria.*

SABBATO

AD VESPERAS.

Capitulum. *Fac. i.c.*

Charissimi, Omne datum optimum, & omne donum perfectum, defusum est, descendens à Patre

CH.  
DOMINICA IV. POST PASCHA. 393

tre lúminum, apud quem non est transmutatio, nec  
vicissitudinis obumbratio. Rx. Deo gratias.

*Hymnus.* Ad regias Agni. V. Mane nobiscum. 370.

Ad Magnificat. *Antiphon.*

V A do ad eum, qui mi sit me:  
& nemo ex vo bis in terro gat me,  
Quò va dis? al le lu ia, al le lu ia.

I. Oratio.

D Eus, qui fidélium mentes unius éfficis voluntati:  
da pópulis tuis id amare quod præcipis, id  
desiderare, quod promittis; ut inter mundanas va-  
rietates ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gáu-  
dia. Per Dóminum.

DOMINICA IV.

Post Pascha.

AD TERTIAM.

*Capitulum.* Charissimi, omne datum. 392.

Rx. br. Surrexit Dominus de sepulchro. 374.

B b 5

AD

394 DOMINICA IV. POST PASCHA.

AD SEXTAM.

Capitulum. *Jac. i. c.*

**S**Citis, Fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum; tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri justitiam Dei non operatur. *R. Deo gratias.*

*R. br. Surrexit Dominus verè.* 375.

AD NONAM.

Capitulum. *Jac. i. d.*

**P**ropter quod abiicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitia, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras. *R. Deo gratias.*

*R. br. Gavisi sunt Discipuli.* 376.

AD VESPERAS.

*Antiphona.* Alleluia. *Psalm.* Dixit Dominus. *cum reliquis de Dominica.* 60.

Capitulum. Charissimi, omne datum. 392.

*Hymnus.* Ad Regias Agni dapes. *V. Mane nobiscum Domine.* 370.

*Ad Magnificat.* *Antiph.*

A do ad eum qui mi sit me:  
sed quia hæc locutus sum vobis, trifiti-

INF. HEBD. IV. POST OCT. PASCH. 395



ti ti a im ple vit cor vestrum, al le lu ia.




2.

*Oratio.* Deus, qui fidelium. 393.

FERIA SECUNDA.


Ad Magnificat. *Antiphona.*



Go veri ta tem di co vobis: ex-



pe dit vo bis, ut e go va-



dam: si enim non ab i ero, Pa ra-



cli tus non ve ni et ad vos, al le lu ia.



7.

FE-

396 INF. HEBD. IV. POST OCT. PASCH.

FERIA TERTIA.

Ad Magnificat. *Antiphona.*

C Um ve ne rit Pa ra cli tus Spi-  
ri tus ve ri ta tis, il le ar gu et mun-  
dum de pec ca to, & de jus ti ti a,  
& de ju di ci o, al le lu ia.

2.

FERIA QUARTA.

Ad Magnificat. *Antiph.*

A D huc multa ha be o vo bis  
di ce re, sed non po testis porta re



5.

## FERIA QUINTA.

Ad Magnificat. *Antiph.*





## FERIA SEXTA.

*Ad Vesperas, nisi occurrat Festum novem Lectio-  
num, à Capitulo fit de S. Maria.*

## SABBATO

## AD VESPERAS.

Capitulum. *Jac. 1. d.*

**C**harissimi, estote factores verbis, & non auditores tantum, fallentes vosmetipos. Quia si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suae in speculo; consideravit enim se, & abiit, & statim oblitus est, qualis fuerit. *R. Deo gratias.*

*Hymnus. Ad regias Agni. ¶ Mane nobiscum. 370.*

Ad Magnificat. *Antiph.*

**U**S que modò non petis tis quid-  
quam in nomine meo: petite, &  
acci pice tis, al le lu ia. 2.  
Ora-

SCH.  
DOMINICA V. POST PASCHA. 399

Oratio.

**D**eu*s*, à quo bona cuncta procédunt, largire sup-  
plícibus tuis: ut cogitémus te inspiránte, quæ  
recta sunt; & te gubernánte, éadem faciâmus. Per  
Dóminum.

DOMINICA V.

Post Pascha.

AD TERTIAM.

*Capitulum.* Charissimi, estote. 398.

*R. br.* Surrexit Dominus de sepulchro. 374.

AD SEXTAM.

*Capitulum.* *Jac. i. d.*

**Q**ui autem perspéxerit in legem perféctam liber-  
tatis, & permánserit in ea, non audítor obli-  
viósus factus, sed factor óperis: hic beátus in facto  
suo erit. *R. Deo grátias.*

*R. br.* Surrexit Dominus verè. 375.

AD NONAM.

*Capitulum.* *Jac. i. d.*

**R**eligio munda, & immaculáta apud Deum, &  
Patrem hæc est: visitare pupíllos, & víduas in  
tribulatiōne eōrum, & immaculátum se custodire ab  
hoc sǽculo. *R. Deo grátias.*

*R. br.* Gavisi sunt Discipuli. 376.

AD VESPERAS.

*Antiphona.* Alleluia. *Psalm.* Dixit Dominus.  
*eum reliquis de Dominica.* 60.

*Capitulum.* Charissimi, estôte. 398.

*Hymnus.* Ad régias Agni dapes. *N.* Mane nobis-  
cum Dómine. 370.

Ad